

# **Spicilegium Epigrammatum Graecorum.**

---

## **1.**

*Λνσέα ἐνθάδε σῆμα πατὴρ Σῆμων ἐπέθηκε.*

In basi cippi majoris ex marmore Pentelico, in vicinia Brauronis et Alarum Araphenidarum (si recte definiuntur pagorum situs) mense Aprili anni 1839 reperti, quem delineatum habes in Ephemeride archaeologica Athenensi n. 103, descriptum p. 142. Ab eo loco non longe erutus est etiam cippus Aristionis, anaglypho opere Aristoclis eximio ornatus, n. 75, p. 127 ss., a quo noster eo differt, quod caret imagine sepulti insculpta: quamvis ex obscuris quibusdam colorum reliquiis pictam fuisse in hoc filii imaginem conjicit Pittaces. Eadem est opinio L. Rossii, *Bullettino dell' Inst. archeol.* 1840, p. 30, cl. Pausan. VII, 25, 7. 22, 4 et Anthol. Pal. VII, 279. 589. 730. Litterarum formae pariter in utroque cippo sunt vetustissimae. Consonantia in σῆμα et Σῆμων cum evitari non posset, distinguenda est a lusu in defunctorum nominibus in epigrammatis obvio.

## **2.**

*Σῆμα τόδε Κύλων παιδὸς φίληθηκε Θαυόντι  
μνῆμα φιλημοσύνης.*

Scriptum in fragmento marmoreo, quod in vico Liopesi eo loco, quo Paeaniensium δῆμον fuisse putat, in ecclesia S. Joannis invenit L. Rossius, bonarum litterarum Athenis Professor cl., quem v. de illo pago disserentem in Annal.

Instituti archaeol. Vol. IX. fasc. 2. p. 5—11. Litterae sunt  
formae antiquissimae, vocabula singula binis directa punctis.  
In ΠΑΙΔΟΙ quod elisum est iota dativi, excusationem Aeschyli  
jambo Pers. 852: ὑπαντιδεῖν παιδὶ ἐμῷ πειράσομαι, hinc  
petit editor; Theognidi 284 vindicat vocem φιλημοσύνη, pro  
qua συνημοσύνη posuerat Brunckius. Et memorabile hoc  
est, uno disticho μειούρῳ (quale est Sophoclis ad Herodotum scriptum) duas redargui emendationes virorum in  
corrigendis poetis veteribus cupidiosiorum. In MTEMA non  
formam litterae N prorsus singularem, sed vitium agnosco  
sculptoris, qui etiam in eo falsus est, quod posuit ΕΠΕΘΕ-  
KEN. Atque hinc ulterius progredior et corrupisse eundem  
etiam ultimum hexametri vocabulum puto, qui scripsit  
ΘΑΝΑΤΟΙ, in quo nomen proprium latere minus est probabile.

3.

Ἐνθάδε Πνευματικοὶ κεῖται, πολλοῖσι ποθεινός,  
καὶ Σάτυρος νέος ὃν ἔσχεν ἐπωνυμίαν.  
παῖς δὲ Ἡρακλείδον, μητρὸς δὲ Ἀριαστίδος ἐστι,  
πατρὸς δὲ ἔστρου Ἐφεσος, κλεινοτάτη πόλεων.  
Θρεψθεὶς δὲ ἐν χθονὶ τῷδε θάνεν, μέγα πῦμα φίλοισι  
τῇ τε κασιγνήτῃ πένθεα πλεῖστα λιπών.  
Ἀριαστίς. Πνευματικοί.

In cippo Athenis mense Martis a. 1839 effosso. Epigramma qui edidit L. Rossius, *Bullettino dell' Inst. archeol.* 1840, p. 104 s. quarto ante nostram aeram seculo tribuit: cum quod ΗΡΑΚΛΕΙΔΟ scriptum est, et ΚΑΕΝΟΤΑΤΗ, ΘΡΕΦΘΕΣ, sine diphthongis, ex vetere more adhaerere videatur. In nomine matris bene animadvertis spectari ἀστὴν ἐγγυητήν: et satis nobile nomen fuit etiam simplex Ἄστη, *Aste*. V. Syllog. nostra n. 69. Mater autem raro additur in epigrammatis, de quo v. eadem Sylloge n. 73. Duo alia exempla habes in C. I. n. 2613. 3123. Minus recte Rossius de nominibus defuncti statuit, quem juvenem Satyri nomen habuisse

idque postea commutasse existimat. Satyrus enim nihil aliud est quam cognomentum, a sociis, quod frequenter fieri solebat, impositum. Subscriptum est nomen sororis, de qua loquitur epigramma, assumutum id a matre; atque illam Pythocli valedicentem sub inscriptione in cippo vacuo, in quo nulla anaglyphi vestigia extant, pictam fuisse, probabiliter conjicit editor. Cf. ep. 1.

## 4.

Σωμα μὲν ἐνθάδ' ἔχει σόν, Δίφιλε, γαῖα θανόντος,  
μνῆμα δὲ σῆς ἔλιπες πᾶσι δικαιοσύνης.

Athenis in cippo, in templo Thesei. Edidit L. Rossius in dissertatione bonae frugis plena de sepulcris et titulis sepulcralibus Atticis. *Archäol. Intelligenzblatt zur Allgemeinen Litteratur-Zeitung* 1835, p. 100, n. 1.

## 5.

Τηλέμαχος Σπουδοκράτονς Φλυεύς.

Ω τὸν ἀειμνήστης ἀρετῆς παρὰ πᾶσι πολίταις  
κλεινὸν ἔπαινον ἔχοντ', ἀνδρα ποθεινότατον  
παισὶ φίλῃ τε γυναικὶ. — Τάφον δ' ἐπὶ δεξιᾷ, μῆτερ,  
κεῖμαι, σῆς φιλίας οὐκ ἀπολειπόμενος.  
Τερόκλεια Ὀψιάδου ἐξ Οἰον.

In cippo majore apud Rossium l. l. n. 2, effosso eo in necropoli Piracei una cum tribus aliis ad eandem familiam spectantibus. Sepultra ipsa detecta quum non intacta esse appareret, et omnium in eorum confinio apertorum nullum Romana nomina exhiberet, spoliata esse Rossius putat a militibus Philippi tertii (Liv. XXXI, 24. 26. Diod. Exc. p. 573) vel etiam antea Antigoni Gonatae (Paus. I, 1, 1. 30, 4. III, 6, 3), quocum conspirat litterarum M, Ξ, Π et Σ character. Inscriptionem matrem Hierocleam inducit filium laudantem, Telemachumque eidem gratias agentem pro sepulcro, in cuius altera parte exspectare videtur uxorem. V. I lapis habet AEI-

MΝΗΣΤΟΤΣΑΡΕΤΑΣ, quod sculptorem posuisse puto, qui constructionem verborum non intelligeret.\*)

## 6.

καὶ ζῶσαι πλούτου πατρικοῦ μέρος εἶχον ὅμοιοις,  
τὴν αὐτῶν φιλίαν καὶ χρήματα ταῦτ' ἐνόμιζον.  
μηδὲνα λυπήσασα, τέκνων δὲ ἐπιδοῦσ[α πρό]παιδας,  
γῆς, κοινῆς μοίρας πᾶσ[ιν, ἔδεκ]το μέρος  
Σωστράτη, Μελινό,  
Κονδ[υνος] Ἀναφλυστ[ίον].

In cippo fracto, ex eadem unde ille alter necropoli proveniente iisdemque litterarum formis insigni. Cononem alterum, Timothei filium, Anaphlystium, cuius divitias, ex Cornelio Nep. (Timoth. 4) notas, inscriptiones quoque trierarchiae testantur (a Boeckhio ed. p. 241 s.), agnovit Rossius l. l. n. 9. Idem lacunas explevit, quarum altera vocabulum πρόπαιδας significatione quamvis hucusque incognita *nepotum* recte expleri, non videtur dubium. Quod autem v. 2 scribit τοῦτ', si modo scripsit ipse, non probo, quum quod praebet marmor, TATT, τὸ αὐτό, recte habeat. Neque magis cum Rossio alterum distichon ad alterutram sororum, sed ad utrumque nomen subscriptum refero et cum nominibus ipsis, puncto in fine pentametri sublato, coniungo.

## 7.

Ἐνθάδε τὴν ἀγαθὴν καὶ σώφρονα γαῖ' ἐκάλυψεν  
Ἄρχεστράτην ἀνδρὶ ποθεινοτάτην.

\*) Editoris in eadem *Commentatione verba sunt p. 117.* „*Die Anfertigung der Grabschriften wurde wahrscheinlich nicht selten sehr unwissenden Steinmetzen, vielleicht freigelassenen Barbaren überlassen; denn nur so lassen sich die häufig vorkommenden paläographischen Fehler, die der vulgären Aussprache angehörigen Wortformen und ähnliche Erscheinungen erklären.*“

In cippo ex Marcopulo, vico post Hymettum sito, in Theseum translatu, ap. Rossium l. l. n. 5. In aetomate sculpta est Archestrate sedens, cum puero avem manu tenente, genibus ejus innixo, adstante coram ancilla. Nomen sepultae cum pentameter non caperet, admissa est dipodia iambica.

## 8.

*Παῖδά τοι ἵφθιμαν Δαμαινέτον ὅδε Κρατισταν,  
Ἄρχεμάχον δὲ φίλαν εῦνιν ἔδεκτο κόνυς.  
ἄ ποδ' ὑπ' ὠδίνων στονόεντι κατέφθιτο πότμῳ,  
δρφανὸν ἐμ μεγάροις παιδα λιποῦσα πόλει.*

In cippo disrupto, in Ceramico exteriore proxime ante dipylon invento, ap. Rossium l. l. n. 10. Qui quod propter Doricam dialectum de Megaris urbe cogitat, non fecisset, si ansas vasium pictorum in eadem illa regione repertas et a Thierschio in commentatione docta et prolixa, Actorum Academiae Monacensis volumini 15. a. 1838 inserta, illustratas cognovisset. Continent enim ansae illae multa Cnidiorum nomina Doriensia, hominum divitum, qui illuc consederant ut per servos suos figlinas exercerent, quod significari putat Thierschius (p. 802) particula ἐπὶ nominibus praeposita (ἐπὶ ἡγεμόνος τοῦ ἔργου). \*) Maritus Cratistae ante ipsam mortuus erat, cum mater moriens filium relinquat δρφανόν, ut Meieri conjectura πόσει stare non possit. Urbi autem relinquitur ille, quatenus legibus provisum erat, ut vel tutores vel alii κάκωσιν δρφανῶν, τοῦ δρφανικοῦ οἴκου κάκωσιν committere non possent impuniti. V. eiusdem Meieri et Schoemann liber, qui inscribitur *der Attische Process*, p. 290 s.

\*) Non negligendae sunt quamvis ex parte diversae inscriptiones ex testis Siculis collectae a Torremuzza in Siciliae et objac. insularum vet. inscriptionum collectione, in quibus cum illa formula mensis nomen conjungitur, ut επὶ αρχιδαιμοὶ παναμον, επὶ ὀρχοκρατενς παναμον, επὶ τιμονδροδον βαδρομιον ιμ(ερα) α, επὶ σωσικλενς νακινθιον, επὶ κλεων... δαλιον κ.τ.λ.

## 9.

Μὴ κίνει λίθον ἐκ γαῖς, ἀνθρώπε πανούργε,  
μή σ' ἀταφον, τλῆμον, κύνες ἐλκύσωσι θανόντα.

In ara sepulcrali, in Theseo asservata, apud Rossium l. l. n. 14. Romani imperii tempora quarundam ductus produnt litterarum. V. alt. non monito lectore editor scripsit ἐλκύσωσι, cum lapis habeat ΕΛΚΗΕΩΣΙ, pro ἐλκέωσι. Quod sepulcri violatio interdicitur, quum res notissima sit, unum nunc ex Zoegae schedis profero titulum, ineditum, ut puto, quem ille in aula aedium Rondaninarum descriptis. Tabula est alta et angusta, ut inscriptio triginta octo brevibus versibus decurrat. *l. licinius m. f. pol. nepos, cuius de vita merito poterit nemo queri: qui negotiando locupletem se speravit esse futuru, spe deceptus erat et, a multis bene meritus amicis, hanc casulam in parvo fecit, supremi temporis sedem, majori cura quam impensa potuit, diis parentibus suis hunc lapidem posuit supremum semoto loco, suptus quem factum est ut remanerent ossa et cineres e. fratri et sua ute requiescerent, et per quem testari posset, quam laboriose et non secure vixserit, qui vivos multis in futurum suprema hospitia donavit amicis, cuius in hospitio requiescunt multis gratis et amicis, quos roget, ut quod eis sui erat suis donent gratis, ni vendant, vitent homines avaros, audaces monumentorum sacri locos, per quos decessis numquam requiescere licet. diis manibus sacrum. homo violare noli, si te moriturum putas. p. q. XII. Sacri locos quod scribit homo indoctus, voluisse videtur sacrilegos.*

## 10.

Προκλείδας τόδε σᾶμα κεκλήσεται ἐγγὺς ὁδοῦ,  
ὅς περὶ τᾶς αὐτοῦ γῆς θάνε μαρνάμενος.

Ex Acarnania septentrionali. Edidit L. Rossius *Bullett dell' Inst. archeol.* 1840, p. 28—30. Scriptura est sexti ante Christum seculi, litterae A, Γ, Ε, Θ, Ρ sunt formae antiquo-

ris, Α, Μ, Σ recentioris. Aspirationis nota H, sed tribus distincta lineis transversalibus, apposita est pronomini ὃς (nam casu hoc signum illum occupare locum, quis credat?), omissa autem ante ΟΔΟΙΟ et ante ΑΥΤΟ; sed hoc non opus est ut scribatur αὐτοῦ. V. Buttmann. ad Demosthenis Midian. p. 140 s.

## 11.

Ο δᾶμος ἀφηρώει καὶ ἐτείμασε τὸν ἰερέα Ἀπόλλωνος διὰ γένους Ἀδμητον Θεοκλείδα πάσας ἀρετᾶς ἔνεκα καὶ σωφροσύνας.

Οὐ μόνον ηὔχονύμην Λακεδαιμονος ἐκ βασιλήτν,  
ξ]υνὰ δὲ Θετταλίης ἐκ προγόνων γενόμην,  
σώζω δὲ Ἀδμητον καὶ τὸν κλέος ὡς ὄνομα τὸ σχέτιον  
εἰ δὲ δύνω λείποντα τριηκοστοῦ ἔτεός με  
Θευκλείδα πατρὸς νόφσισε μοῖρ' ὀλοή,  
τετλάτω ως Πηλεὺς [δ']ις προπάτω[ρ τε] Φέρης.  
οὐδὲ γάρ ἀρ[κε]σιν ἔσχεν· ἐπεὶ πάντως ἀν ύπεστη  
δις θανέειν [αὐ]τός, [ζῶν]τ' ἐ[μὲ] λειπόμενος.

Ex insula Thera attulit Prokeschius cum aliis inscriptionibus, quas edidit et illustravit Boeckhius in Actis Academiae Berolinensis a. 1836, ubi v. p. 97—99, n. 107. V. 1 et 3 Boeckhius pro εὐχούμην et εὐχῆ emendate scribit ηὔχονύμην et τὸ σχέτιον. De nobilissima Aegidarum gente in insula Thera et vicina Anaphe ad tempora Romani imperii florente post Boeckhium v. Rossii Commentatio de Anaphe et inscriptionibus Anaphaeis in Act. Acad. Monac. Vol. 15.

## 12.

Χρηστὴ καῖρε.

Οὐ τὸ θανεῖν κακόν ἔστιν, ἐπεὶ τό γε Μοῖρ' ἐπέκλωσεν,  
ἀλλὰ [τὸ] πρὶν ἥλικίης καὶ γονέων πρότερον.

In Asia minore e regione Chii. Editum in libro menstruo, cui index Ἐρμῆς ὁ λόγιος 1812 12. Jun., tum denuo

a Viro cl. Ph. Le Bas *Inscriptions Gr. et Lat. recueillies en Grèce par la commission de Morée* Paris. 1835, fasc. I. p. 7. V. 1 ΕΣΤΙΚΑΚΟΝ, metro corrupto. Sic quod in pentametro additur TO, quod ad verborum quidem concinnitatem multum facit, versum iugulat.

## 13.

Κλευμάνδρον τόδε σῆμα, τὸν ἐν πόντῳ κίχε Μοῖρα·  
δακρυόν δὲ πόλει πένθος ἔθηκε θανάτῳ.

In Arcesines ruderibus. Edidit L. Rossius in Inscriptionum Amarginarum P. priore, in Act. Societatis Graecae Vol. II. p. 81. Mirum est nomen Κλεόμανδρος, neque titulum ipse vidit Rossius.

## 14.

Ἐσλὸς ἐὼν Πολύνδος Ἐχέ[μμ]ινος φίλος ὃς  
οἶκον ἀμανθ[ώ]σας ὥλετ' ἀθροις ἐών.

Ibid. inventum et a Rossio editum una cum antecedente et sequentibus. Ἐχέμμινον nomen est Homericum, Il. V, 160.

## 15.

Καλλικράτης κεῖμαι τύμβῳ τούτῳ, παροδεῖτα,  
πεντήκοντα ἔνα ζήσας σεμνῶς λυκάβαντας.

Χαίροις παροδεῖτα.

„Amorgi, in hodierno oppido: lapis e Minoes ruderibus allatus esse credebatur. Litterarum forma est alterius p. Chr. n. seculi.” ROSS.

## 16.

Ἡραὶ ἐνθάδε κεῖμαι, ἐτῶν, ξένε, πεντάκις ἐπτά.

Καὶ σοὶ παραινῶ συν[οδῖ]τα, μή με κλαῖε· Μοιρῶν γὰρ  
μίτος πάντας καλεῖ.

Prope Minoen, ad aediculam D. Georgii.

## 17.

Δέρκεο τὰν ἀρίσταμον, δόδοιπόρε, τὰν Φερενίκας  
εἰκόνα τᾶς μελέας, ἀν τάφος οῦτος ἔχει.  
ἀ τὸ πρὶν ἐν καλύβοις, νῦν δὲ εἰς Ἀχέροντα μολοῦσσα,  
ἀ στερόμαν τῶν πρὶν νυμφιδίων θαλάμων,  
πατρὶ γόνους προλιποῦσα Φιλοξένῳ, δὲς τόδε ἔτενξεν  
εἰδολον νύμφας, μναμόσυνον θέμενος.

Alexandriae apud Anglum H. C. Agnew, qui cum aliis inscriptionibus edidit in *Archaeologia or miscellaneous tracts relating to antiquity* Lond. 1840, Vol. 28, tab. 13, p. 168. Lapis ex Cyrenaicae oris Alexandriam fertur allatus. In eo v. 3. sculptum est, ΕΠ pro ἐν. κάλνβος, ἡ καλύβη, Hesych. i. e. παστάς, θάλαμος. V. 4 editor cum legeret ἀστερομάντων, sensum hoc modo pervertit: *from virgin chambers led by fatal doom, before her bridal couch, to Hades' wave.* V. 5 ἔτενξεν, ne cum eodem de sculptore Philoxeno cogites, est *sculpi curavit.*

## 18.

Παφιανὸς Πάφιος τῷδε ὑπὸ γῆ λέλυμαι,  
καμψὸς λειφθεὶς τὸν βιότον στέφανον.

Messanae Gualter. Collect. inscriptionum et tabularum. Siciliae atque Brutiorum p. 27 ed. 1, p. 6 ed. 2, Murat. p. 659, 4. Pro λέλυμαι, a Dorvillio ad Charit. VI, 6 restituto, Gualterus habet ΛΕΛΙΜΑΙ, in secunda ΛΕΛΙΜΕ. Muratorius quod scribit KEIMAI, pariter atque in altero versu ΖΩΝΤΩΝ pro BIOTOT, emendatoris esse videtur. Praeterea legitur ΛΙΦΘΕΙΣ. De pentametris iunctis v. Syllog. Epigr. Graec. p. 257.

## 19.

Σ]οθεὶς ἐγ μεγάλων κινδύνων εἰκόνα τήνδε  
στῆσεν Λυσίμαχος Παλλάδι Τριτογενεῖ.  
Λυσίμαχος Λυσιθείδονς Ἀργυλῆθεν.

<sup>7</sup>Εφημερ. ἀρχαιολογ. Athen. Ian. 1838, p. 49, n. 22. Stele prope Parthenonem in septentrionali latere eruta, qua posteriore tempore usus est ὁ δῆμος ad Marci eiusdem Lici-nii Crassi pietatem erga imperatorem Romanum celebrandam. Formam Τριτο-ενής ex hymno Homericō, ex Aristophane et Agathia habes apud Passovium. Add. Hesych. v. τριτογενής. Tritogeniam autem editor Graecus ad rem bellicam trahit propter Eustathii et Etymologici commentum, quo a τρεῖν ἐγγεννᾶν τοῖς πολεμίοις nomen illa habet.

## 20.

[Η] βουλὴ τῶν φ. (πεντακοσίων) καὶ ὁ δῆμος τ. α. (τῶν Ἀθηναίων) ἐτείμησεν Πο. Ὁρδεώνιον Λολλιανὸν τὸν σοφιστὴν.

Ἀμφότερον ῥητῆρα δικῶν μελέτησί τ' ἀριστον  
Λολλιανὸν πληθὺς εὐγενέων ἐτάρων.  
εἰ δὲ θέλε[ι]ς τίνεις εἰσὶν δακμεναι, οὐνομα πατρὸς  
καὶ πάτρης αὐτῶν τ' οὐνομα δίσκος ἔχει.

Athenis, in basi statuae in ipso ad propylaea aditu inventa. <sup>7</sup>Εφημ. ἀρχαιολογ. Iun. 1838, n. 53, p. 106. V. 1. ΜΕΛΕΤΗΣΙ ΤΕ. V. 3. ΘΕΛΕ Ε legitur in tabula lithographica, falso; in marmore non dubito extare ΘΕΛΕ Σ. Sunt in eo etiam disci nomina continentis vestigia (ἐπ' αὐτοῦ τοῦ βάθρου φαίνεται ἐσκαλισμένον τὸ μέρος ἡνδα ἵστατο ὁ δίσκος, ἐκ μετάλλου), quae in tabula non apparent. Nomina haec fuerunt discipulorum (cf. Eunap. p. 14 Boisson.), qui variis ex civitatibus ad audiendum Lolianum Athenas confluxerant et sumptus praebuerant ad statuam ipsi dedicandam, quod ut fieret honorificens senatus populusque Atheniensium suo eam nomine dedicari passus esse videtur. Sic ἐτείμησεν et ἀνέθεσαν, quod solito more omissum ad bina disticha subintelligendum est, facile inter se conciliari posse videntur. Istum autem Sophistam eundem esse Lolianum, de quo agit Philostratus I, 23, pulchre docet Viri clar.

W. C. L. Clarisse, Rectoris Gymnasii Harderoviceni Schediasma, in quo „explicatur inscriptionum Graecarum pars“ 1840. p. 24—28. Fuit enim Ephesius Philostrati Lollianus: Λολλιανὸς δὲ ὁ Ἐφέσιος προῦστη μὲν τοῦ Ἀθηνῆσι θρόνου πρωτος, προῦστη δὲ καὶ τοῦ Ἀθηναίων δήμου στρατηγήσας αὐτοῖς τὴν ἐπὶ τῶν ὅπλων. ἢ δὲ ἀρχὴ αὐτη πάλαι μὲν κατέλεγε τε καὶ ἔξηγεν ἐς τὰ πολέμια, νυνὶ δὲ τροφῶν ἐπιμελεῖται καὶ σίτου ἀγορᾶς. In Ephesino autem Iapide Publili Ordeonii Lollianii (ultimum nomen forte excidit) filiae memoria extat. C. I. II, n. 3003:

Ἄγαθὴ τύχῃ  
Α. Πούλχεα, ιερῆ καὶ  
κοσμήτειρα, ΙΙ. Ὁρδεωνίου  
..... τοῦ σοφιστοῦ Θυγά-  
τηρ καὶ] Ἀντωνίας Κυνιτιλί[ας].

Quis igitur dubitabit, quamvis „communi quodam virorum consensu,“ inter quos est etiam Vitarum Philostrati egregius editor C. L. Kayser, tamen falso cum Philostrateo Lolliano copulatum esse L. Egnatium Victorem Lollianum, qui in titulis rhetor appellatur (C. I. n. 377. 1624), non sophista; praeterea maioribus honoribus functus est, quam qui caderent in sophistam: dicitur enim λαμπρότατος, ὑπατικός, ἐπανορθωτῆς Ἀχαιΐας. Alter Hadriano imperante floruit, Suida teste: Λολλιανός, Ἐφέσιος, σοφιστής, μαθητῆς Ἰσαίων τοῦ Ἀσσορίου· γεγονός ἐπὶ Ἀδριανοῦ τοῦ Καισαρος. ἔγραψε πολλά. Quo confirmatur Boeckhii sententia, senatum illo tempore quingentorum revocatum esse statuentis (C. I. I, p. 902); quippe vides, ab hoc honorari Lollianum. Statuas eius Philostratus novit duas. Εἰκόνες δὲ αὐτοῦ Ἀθηνῆσι μία μὲν ἐπ' ἀγορᾶς, ἐτέρα δὲ ἐν τῷ ἀλσει τῷ μικρῷ, δ' αὐτὸς λέγεται ἐκφυτεῦσαι. Hinc duplex inscriptio nostra denuo in quaestionem venit. Nam si recte suspicatus sum in Sylloge Epigr. n. 140, translatos interdum ex primaria statua ad novas, ad honorem augendum, esse titulos, factum

esse potest, ut discipuli Lolliani, repetita ex statua a senatu populoque revera posita dedicatione, qualis iste vir sit, significare voluerint. — His aliquandiu scriptis allata est ad me C. L. Kayseri Commentatio, qua eadem inscriptionem a Rossio ad se missam edidit: *P. Hordeonius Lollianus geschildert nach einer noch nicht herausgegebenen Athenischen Inschrift.* Heidelbergae 1841, deque Lolliano, discipulis eius atque aemulis docte, ut solet, egit. De coniunctis in dedicanda statua civibus et discipulis aliter et fortasse rectius atque nos supra indicat.\*)

## 21.

Τόνδ' ἀπὸ δαδούχων ἱερῆς μητρός τε γεγῶτα,  
ἢ τελετὰς ἀνέφαινε θεοῖν παρ' ἀνάκτορα Δηοῦς,  
Αἰλιον Ἀπολλώνιον, κλεινὸν κοσμήτορα παίδων,  
στῆσεν ὁμώνυμος νέός, ὃς ἀρχων ἦεν ἐφίβων.

In herma Athenis non longe a gymnasio Hadriani invento a. 1834. Edidit Ioannes Franz *Bullettino dell' Inst. archeol. per l'anno 1835*, p. 210 s., cuius ex annotationibus excerpta sunt, quae sequuntur. V. I ΔΑΔΟΤΧΩΝ. Praenomen Aelii non ante Hadriani imperium titulum scriptum esse indicat. V. Corp. Inscr. Gr. n. 263. 273, ut non miranda sit synesis in utroque nomine admissa. Fuit Aelius gymnasii κοσμητής, filius γυμνασιάρχης ἐφίβων. Cf. C. I. Vol. I, p. 364. 375 s., ubi etiam imaginum moderatoribus, qualis fuit Aelius,

\*) P. 9. Uebrigens verdient hier die Verbindung der Bürgerschaft mit der akademischen Jugend, in der Vertheilung, dass jene in dem nichtmetrischen Eingang, diese in dem Epigramm genannt werden, besondere Beachtung. Dann entsteht auch die Frage, auf welche Weise beyde Corporationen an der Errichtung der Ehrenstatue Theil nahmen. Wahrscheinlich liegt die τιμὴ von Seiten Athens in der Erlaubniss zur Aufstellung, so wie in der Anweisung zur Localität. Etwa wie die Stadt Smyrna ihre Bewilligung dazu geben musste, wenn die Bewohner des Aegyptischen Delta dem Aristides auf der ἀγορᾷ dort, als Zeichen ihrer Hochachtung, ebenfalls eine Statue errichteten. Vit. Sophist. p. 342. In dem Epigramm muss natürlich ἀνέθηκε suppedit werden. Eine zweyte Statue, in dem kleinen Wäldchen, das er selbst angelegt, wurde ihm wohl erst nach seinem Tode gesetzt.

dedicatarum mentio fit. Daduchorum munere posteriore tempore fungebantur Lycomidae (C. I. p. 441. Bossler de gentibus et familiis Atticae sacerdotal. p. 32. 39); antistitiae sacri (*ἱεροφάντριαι*) autem ex Phyllidis eligebantur.

## 22.

• • • • • • • • • • • • • • • • • • •

*πεζὸν δὲ ἵππης τε γέρας θέσαν, οὐδὲ προέηκεν  
δᾶμος δὲ Βοιωτῶν τοῦδε μεδ' ἀγεμόνος,  
ἡνσαμένους Ὀπόεντα, βαρὺν δὲ ἀπὸ δεσμὸν ἐλόγυτες  
φρονρᾶς, Λοκροῖσιν τεῦχαν ἐλευθερίαν.*

Non longe a templo Delphico invenit Ulrichs, Professor Atheniensis, *Reisen und Forschungen in Griechenland* T. I., 1840, p. 38. Nomen artificis subscriptum non magis legi poterat quam primum distichum.

## 23.

*'Ερμῆς δίκαιος εἰμ[ι], καὶ με [Δαμοκλῆς  
ἐστησ] ἔλεγχον τῶν δικαίων καδίκων.*

Argis in muro ecclesiae D. Demetrii (ubi est etiam titulus Boeckh. 1126), prope introitum dicasterii. Ediderunt Lud. Rossius Inscr. Gr. ined. Naupliae 1834, p. 17, n. 54 et Le Bas Inscr. Gr. et Lat. fasc. III, p. 193, querum hic supplet Σ[ώ]στροτος. V. 2. legitur KAΙΑΔΙΚΩ. F. Osannus in Zimmermanni Diario 1837, p. 469: „Ich bin geneigt anzunehmen, dass hier nicht der alte heidnische Gott, sondern der christliche Hermes gemeint werde, unter dessen Namen der Heiland selbst in älteren christlichen Secten personificirt ward, wovon bey einer andern Gelegenheit ausführlich. Diess liegt klar in der ausgesprochenen Idee, dass Hermes das Urtheil (der Richter über Gerechte und Ungerechte) sey. Das Ganze vielleicht gnostisch.“ Haec Vir doctissimus nobisque amicissimus. Negari quidem nequit, non obvium esse iustum Mercurium; multo magis autem dubito de Salvatore Hermae specie culto; et Hermae

alicui subscriptum fuisse distichon, quae Rossii erat sententia, ne ab Osanno quidem negatur. Sunt autem etiam in Mercurio, quibus iustitia exhiberi possit, ut oraculorum potestas. In altero latere Albanii Hermae, cuius inscriptiones in Sylloge Epigr. Graec. n. 136 repeti curavimus, his verbis iste deus praedicatur:

*Interpres divum, caeli terraeque meator,  
sermonem docui mortales atque palaestram;  
totiusque terrae  
sermonis dator atque somniorum,  
Iovis nuntius et precum minister.*

Notum est Mercurii Forensis oraculum apud Pharenses ex Pausania VII, 22, 2, et Mercurii Hecatesque effatum habes apud Eusebium Pr. ev. III, 4, 5. cf. Append. Gallaei p. 47 s. Et poterat etiam in emporiis vel in nautodicorum iudiciis (de quibus egit A. Baumstark, Friburg. 1828) suus esse iusto Mercurio locus. Editor Gallus Mercurium ut *εμπολαῖον* et *ἀγοραῖον* iustitiae sive aequitatis fautorem ac vindicem, boni lucerii patronum praedicari putat, et ex Plautino Amphitryonis prologo haec affert huius dei verba:

iustum rem et facilem esse oratum a vobis volo:  
nam iuste ab iustis iustus sum orator datus.

Quae si non prorsus hoc faciunt, at multo minus sententiam per se non improbabilem confirmant, quae ex Aristophanis Pluto addit (1153—59). Neque magis persuadet titulum *α* nobis olim in Sylloge Epigramm. n. 61 editum, *χαῖρε δίκαιος* θν ad Mercurium spectare atque hunc herma illo Bononiensi repraesentari.

#### 24.

*Συνέφηβοι  
Δαμοκράτονς.*

*Δαμοκράτη, νέον Ερμείαν, νίδν Διοκλῆος,  
ἀμφὶ παλαιστραισιν στήσαμεν ἡμετέραις,  
παῖδες ἀνίκατοι, σθεναροί, κρατεροὶ συνέφηβοι,  
Ἐριάσων Θεῷ πλεῖον ἀγαλλόμενοι.*

βονλαῖσιν πινντοῖο Φιλονυμενοῦ, ὃς πλέον ἄλλων  
ἐστὶν ἐπιστατέων γυμνασίαις πρύταν[ις].

Spartae, in Museo, in Herma quadrato, qui olim protomen Damocratis sustinuit. Rossius Inscr. Gr. p. 11, n. 29. Qui haec addit: „Reperi in deserta ecclesia D. Sotirae, haud procul a monasterio Quadraginta Martyrum, quo titulum Sparta allatum esse consentaneum est. — Ἐπιστατέων est genitivus ab ἐπιστάτης, non participium, sensusque est: qui alias (gymnasiorum) praefectos dexteritate in exercitationibus gymnasticis antecellit. Nam γυμνασία est exercitatio gymnastica, dexteritas quam quis continuatis huius generis exercitationibus sibi comparavit. Hesych. γυμνασία, ἀσκησις, μελέτη. Πρύτανις autem est, qui in aliquo genere est primus. Igitur Philumenus, cum πλέον ἄλλων ἐπιστατῶν γυμνασίαις πρύτανις esse dicitur, reliquos antecellere dicitur dexteritate in gymnasticis iudis.” Osannus I. I. p. 467 monet Valerianum Philumenum in titulo Spartano inveniri a se in Syll. inscr. p. 251 et a Boeckhio in C. I. n. 1265 edito, scribendum autem esse Φιλονυμενός ex doctrina Grammaticorum, v. Göttling. de accent. p. 62. Arcad. de acc. p. 64.

## 25.

Χαῖρε σὺ μὲν βασι]λεῦ Παιάν, ἐκατηβόλ' Ἀπολ[λον],  
Πόκ[να δὲ Γαῖον σοὶ] παῖς ἀνέθηκε τόδε.

Sub anaglypho Musei Britannici, Vol. II, tab. 5, in quo conspicitur pater cum duobus filiis modeste accedens ad Apollinem in cortina sedentem, adstantibus Diana atque Latona. Hom. Hymn. XXI. καὶ σὺ μὲν οὐτο χαῖρε, ἀναξ· ἔλαμαι δέ σ' ἀσιδῆ. Nomen incertum est, licet apud Gruter. p. 801, 3 inveniatur LOL. POCCA V.F.

## 26.

Ἐν κόλπῳ, σωτὴρ Ἄσκληπιέ, χρυσὸν ἐχεῦεν  
Γάϊος ὑπὲρ τέκνων Γιλονίου εὐξάμενος.

In basi statuae Aesculapii in Museo Chiaramontiano. C. O. Müller, *Bulletino per l'anno 1840*, p. 12, supplet ἐν ποδὶ σῷ, cll Iuven. X, 55:

Propter quae fas est genua incerare deorum.

Quae tamen non ad ornatum spectant; neque satis placet pes unus deauratus. Quare pecuniam intelligam deo oblatam.

## 27.

Ζηνὶ Πανη[μερὶ]ῳ καὶ Ἡλίῳ Διὶ Σεράπει σωθέντες  
ἐκ πολέμου μεγάλων καὶ ἀλλοδαποῖο θαλασσῶν,  
εὐχῆς εἴνεκε ταῦτ’ ἐπέγραψαν ὑφ’ ἔν. οἱ τέσσαρες ἄνδρες,  
Ζωτικός, Ἐπίκτητος ἥδ’ Ἀντίοχος ἥδ’ ἀμά Νεῖλος.

Stratoniceae. „Absonum et inconditum epigramma quasi metricum. Imprinnis ridiculum est ἀλλοδαποῖο.” C. I. n. 2716.

## 28.

Τιὸς Πατροκλέος Δαιδαλος ἐργάσατο.

Sub statua Ephesia. C. I. n. 2984.

## 29.

Vit. Thucyd. extr. Καὶ στήλῃ τις ἀνέστηκεν ἐν τῇ  
Κοίλῃ τοῦτο ἔχονσα τὸ ἐπίγραμμα.

Θουκυδίδης Ὄλόρου Ἀλιμούσιος ἐνθάδε κεῖται.

## 30.

Schol. Paris. ad. Aeschin. c. Timarch. §. 24, p. 728, 9,  
in Comment. Berol. a. 1836, p. 230. Δεῖγμα δὲ τῆς τῶν λ'  
πολιτείας καὶ τόδε ἔστι. Κριτίου γάρ, ἐνδε τὸν λ' ἀποθα-  
νόντος ἐπέστησαν τῷ μνήματι Ὄλιγαρχίαν δῷδα κατέχον-  
σαν καὶ ὑφάπτουσαν Δημοκρατίαν καὶ ἐπέγραψαν τάδε.

Μνῆμα τόδ' ἔστι ἀνδρῶν ἀγαθῶν, οἱ τὸν κατάρατον  
δῷμον Ἀθηναίων διλέγον χρόνον ἔβριος ἔσχον.

Plato Cratyl. p. 416 b. τὸ γὰρ ἐμποδίζον καὶ ἴσχον τῆς  
ροῆς. V. Matthiae Gramm. Gr. §. 353, 3.

## 31.

Pausan. VI, 14, 10. Πινθοκρίτῳ μὲν γέγονεν ἀντὶ τούτων  
ἡ ἐν Ὀλυμπίᾳ στήλη καὶ ἐπίγραμμα ἐπ' αὐτῇ.

Πινθοκρίτου.

τοῦ καλλινίκου μνᾶμα τάνλητα τόδε.

„Inscriptionem dispositissimam secundum God. Hermanni emen-  
dationem nobiscum communicatam.“ SCHUBART et WALZ.

## 32.

Xenoph. Ephes. III, 2. Ἐγὼ δὲ τοσοῦτον ἡδυνήθην τὸ  
σῶμα διασθσαι ἐπὶ τὴν γῆν καὶ θάψαι, καὶ πολλὰ δακρύ-  
σας καὶ στενάξας ἀφελῶν λείφαντα· καὶ δυνηθεὶς εὐπορησαὶ  
πον ἐνδεῖς ἐπιτηδείου λίθον στήλην ἐπέστησα τῷ τάφῳ καὶ  
ἐπέγραψα εἰς μνήμην τοῦ δυστυχοῦς μειρακίου ἐπίγραμμα  
παρ' αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν καιρὸν πλασάμενος.

Ἴπποδος κλεινῷ τεῦξεν τόδε σῆμ' Τπεράνθη,  
οὐ φατὸν ἐκ θανάτοιο παθὸν ἱεροῖο πολίτου,  
ἔς βάθος ἐκ γαῖης ἀνθος κλυτὸν δύν ποτε δαιμον  
ἥρπασεν, ἐν πελάγει μεγάλου πνεύσαντος ἀήτον.

V. 2 non dubito scriptoris mentem palmaria conjectura asse-  
cūtum esse Fr. Iacobsium ap. Passovium in Annot. crit., cum  
codex habeat αὐτὸν ταῦφον ἐκ θανάτον ἀγαθὸν ἱεροῖο  
πολίτου. V. 3 cum eodem ut scribatur Αλγαίης, non opus  
est; ἐκ γαῖης enim spectat ad florem, in quem mutatur ado-  
lescens a poeta in nomine ludente. Eiusmodi lusus cum  
frequentes sint apud tragicos et maxime Euripidem (Meinek.  
ad Euphor. p. 55 s.), regnare fere solent in titulis sepulcro-  
rum. Sic in epigrammate Meliensi legitur: κλεινὸν δ' οὖνο-  
μά μοι, ξένε, Κυδίλα (Mus. Rhen. philol. I, p. 167, n. 1), in  
Milesio: Ἀριστέος νιὸν ἄριστον (ib. IV, p. 411, n. 24, v. 12),

in Vaticano lapide: Ἀγαθίᾳ ἀγαθῷ τὸ θέος καὶ τὴν τέχνην  
(Osann. Syll. p. 443), in alio apud eundem (p. 459):

Hunc Antho tumulum male deflorentibus annis  
pro pietate pari composuere suo.

Cf. Epitymb. in Anthol. Pal. n. 663 et quae ad Syllogen  
Epigr. Gr. n. 56 attuli plura huius usus exempla, qui etiam  
in amatorio genere obtinet, ut ap. Meleagr. ep. 68: ἔστι καὶ  
ἐκ μορφᾶς ἡ Τρυφέρα τρυφερά, ap. Macedon. ep. n. 13: Παρ-  
μενὶς οὐκ ἔργῳ — φεύγεις φιλέοντα.

## 33.

Eustath. in Odyss. III, 68. p. 1457, 23. παράγει δὲ ἐκεῖ-  
νος (Ἐνδαιμων ὁ Πελονοσιώτης) καὶ Ἰλλυρικὸν ὄνομα ἐν ἐπι-  
γράμματι τό·

πατήρ δέ μ' ἔφυσε Κόπαινα.

## 34.

Pausan. VII, 23, 5 Aegii narrat statuas esse Hygieac  
et Aesculapii, ιαμβεῖον δὲ ἐπὶ τῷ βάθρῳ τὸν Μεσσήνιον  
Δαμοφῶντα εἶναι τὸν εἰργασμένον. Fuit igitur:

Μεσσήνιος με Δαμοφῶν ἡργάζετο.

Neque absonum est μέ, cum Hygiea cum patre ita componi  
soleret, ut unum quasi opus efficere viderentur.

## 35.

Schol. Eurip. Hippol. 263 — εἴπον ἐνδὲ τῶν ἐπτὰ σοφῶν  
ἐστιν ἀπόφθεγμα τὸ μηδὲν ἄγαν, ὃπερ Χίλων ἀνατιθέσιν,  
ὅς Κριτίας καὶ Πίνδαρος, οἱ δὲ Σωδάμω, ὃς τὸ ἐν Τεγέᾳ  
ἐπίγραμμα δηλοῦ·

Ταῦτ' ἔλεγεν Σωδάμως Ἐπηράτον, ὃς μ' ἀνέθηκεν.  
μηδὲν ἄγαν, καιρῷ πάντα πρόσεστι καλά.

Ο δὲ Θεόφραστος ὃς τὰ Σισύφου λεγόμενα καὶ Πιτθέως·  
οίον μηδὲν ἄγαν, μηδὲ δίκαν δικάσῃς.

Clem. Al. Str. I, 14, 61 (p. 129). Πάλιν αὖ Χίλων τῷ Λακεδαιμονίῳ ἀναφέρουσι τὸ μηδὲν ἄγαν. Στράτων δὲ ἐν τῷ περὶ εὐρημάτων Στρατοδήμῳ τῷ Τεγέατῃ προσάπτει τὸ ἀπόφθεγμα, Διδυμος δὲ Σόλωνι αἰτὸν ἀνατίθησιν.

## 36.

Plutarch. de Alexandri fort. II, 5. Διονύσιος δὲ ὁ νεώτερος Ἀπόλλωνος υἱὸν ἑαυτὸν ἀνηγόρευσεν ἐπιγράψας.

Δωρίδος ἐκ μητρὸς Φοιβον κοινώμασι βλαστών.

Fecit autem hoc fortasse in basi statuae, de qua loquitur Stephanus in Scholiis ad Aristot. Rhetor. III, 2, 11 (Cramer. Anecd. Paris. I, p. 303): ἐν τῇ στήλῃ γοῦν οἶμαι τοῦ Διονύσιον ἐγράφησαν ἐλεγεῖα τοιόνδε τὸν νοῦν· δτι, ὃ ξένε, ὃ ὀδῖτα, προσαγορεύω σε ἐγὼ διχαλκοῦς Διονύσιος. ἐρωτᾶς δέ με τίς εἰμι, ὃ ξένε; ἐγὼ δι βασιλεὺς Σικελῶν, τιμῆσας καὶ τοὺς λόγους καὶ τὸν ποιητήν.

## 37.

Diogenes Laert. in Diogene Cynico VI, 50: Νεογάμον ἐπιγράψαντος ἐπὶ τὴν οἰκίαν.

Ο τοῦ Διὸς παῖς καλλίνικος Ἡρακλῆς  
ἐνδάδε κατοικεῖ, μηδὲν εἰσίτω κακόν·

ἐπέγραψε· μετὰ τὸν πόλεμον ἡ συμμαχία. Idem c. 39 rem aliter narrat: εὐνούχον μοχθηροῦ ἐπιγράψαντος ἐπὶ τὴν οἰκίαν· μηδὲν εἰσίτω κακόν· ὁ οὖν κύριος, ἔφη, τῆς οἰκίας ποὺ εἰσέλθοι. Clem. Al. Str. VII, 4, 26 (p. 302): ἀστείως πάνν ό Διογένης ἐπὶ οἰκίᾳ μοχθηροῦ τινος εὑρὼν ἐπιγεγραμμένον· ό καλλίνικος Ἡρακλῆς ἐνδάδε κατοικεῖ, μηδὲν εἰσίτω κακόν· καὶ πᾶς, ἔφη, ό κύριος εἰσελεύσεται τῆς οἰκίας; Vario modo lusum est in magnifico illo Herculis titulo. Ita, quod Dio narrat (v. Syll. Epigr. Gr. n. 235), cum Commodus Hercules colosso suam imposuisset effigiem nomenque inscripsisset Lucius Commodus Hercules, homo argutus hanc substituit inscriptionem:

Ο τοῦ Διὸς παῖς καλλίνικος Ἡρακλῆς  
οὐκ εἰμὶ Λούκιος, ἀλλ᾽ ἀναγνάζοντι με.

Lepidum autem est commentum petulantioris librarii, qui his versibus in Cod. Anthologiae Palatino, unde Jacobsius in Paralipomenis p. 699 et in A. P. XI, 269 protraxit, superscripsit: εἰς ναὸν τοῦ Ἡρακλέους γενόμενον τοῦ ἀγίου Λουκίου.

## 38.

Ἐνδε σοφὸς λιμοῦ με παραιφασίην Παλαιμήδης.

In abaculo Palamedeo scriptum refert Orion a Schneide-wino in Coniect. crit. edito p. 127.

## 39.

Pythia ap. Aelian. V. H. II, 4:

Θείας ἡγητῆρες ἐφημερίοις φιλότητος  
εὐδαιμονίαν Χαρίτων καὶ Μελάνιππος ἔφυ.

## 40.

Sueton. Octav. 25. *Crebro itaque illa iactabat σπενδε*  
*βραδέως et*

ἀσφαλής γάρ ἐστ' ἀμείνον τῇ Θρασὺς στρατηλάτης.

## 41.

Lycophronis Codd. quidam teste Bachmanno p. IX et 9 in fronte habent scriptum: Λυκόφρονος ή μᾶλλον εἰπεῖν Σκοτόφρονος

Φερωνύμως λέλογχε τὴν κλῆσιν μόνος,  
σκοτεινὰ φράζων η φρονῶν δὲ Λυκόφρων.

## 42.

, Praetermissus, ut videtur, a Brunckio auctor versuum in Pandectas, ap. Vulp. ad Catull. p. 351:

Ἄνθρωποι δ' Ἀσίης τε δορυκτήτον τε Λιβύσσοντος  
Ἐνδράπης τε πίθονται ὅλον σημάντορι κόσμον.

Sunt hi versus ex epigrammate sex versuum praefixo Pandectis Florentinis, teste Politiano Misell. c. 41." NAEK. Sched. crit. p. 13.

## 43.

In fine libelli τοῦ ἀγίου Ἀθανασίου de somniorum interpretatione, Venetiis in bibliotheca S. Marci asservati et ut videtur, inediti, adscripti sunt versus, quos ad me misit Vir doctissimus Steinbüchel:

Νήφειν προσήκει τῷν ὀνείρῳν ταῖς θέαις  
καὶ μὴ ῥυποῦσθαι τῷν παθῶν ἀτιμίαις.  
ὅ γοῦν καθαρθεὶς καὶ ψυχὴν καὶ τὰς φρένας  
ῥάզον κατιδῇ (sic) τῷν ὀνειρῷν τὰς λύσεις.

F. Th. Welcker.